

verbis contumeliosis te potest inuadere. quia lingua eius faucibus suis quod loqui non potest adheret. Nec est enim potest te percutere. quia manus eius sunt perforate. et pugnus percutiendi non potest facere. Nec te potest euadere et discurrere. quia pedes eius sunt claudi et vulnerati. Tracta ergo eum ad libitum et habebis in periculis omnibus tuis omne tuum propositum.

¶ Quare Christus Ihesus dominus noster volebat sepeliri.

Mibi domine Iesu intellectum ut sciam quod tu de cruce volebas recipi. ad sepulchrum poni. non ab inimicis et a peccatoribus sed a iustis et amicis. ad designandum quod tuum sacratissimum corpus in sacramento vis poni et collocari in cordibus et sepulchris iustorum et non peccatorum qui non tantum amici veri sed ficti et falsi accedunt et te male recipiunt. **¶** Te mibi.

¶ Oratio pro sepultura Christi Ihesu
Rego te piissime deus. ut mihi concedere digneris instrumenta penitentie quibus cor meum duris ut lapide scindam. et sepulchrum seu locum pacis tibi faciam. et tuum corpus in sacramento ecclesie digne locare valeam. **¶** Peto etiam domine Ihesu quod placet et dolor matris tue et amicorum tuorum super mortem et passiones tuas me consoletur in presenti in omnibus tribulationibus et in futuro me lenificet. Hoc mihi concede Ihesu christe consolator meorum. qui uiuis et regnas in secula seculorum. Amen.

¶ Hora vicesima de descensu Christi ad inferna.